



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

108. An qui de proximo vult ingredi Religionem possit absolvi per  
confessarium illius Religionem possit absolvi per confessarium illius  
Religionis à casibus Episcopo reservatis? Ex p. 3. t. 2. r. 46. ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

grati, vt est vſus ſacramenti Pœnitentiæ, eſſent peioris conditionis, quàm Regulares profeſſi, nam ſiſi in ſuis confeſſionibus pro conſolatione & exoneratione ſuarum conſcientiarum poſſunt confiteri cum duobus, vel tribus, aut pluribus Confeſſariis, vt habetur ex alio decreto Clement. VIII. neceſſariò deſignandis à Superiore domus, ſed per opinionem Peregrini Nouitijs cum ſolo Magiſtro poteſt confiteri. Igitur, vt dictum eſt, eſſet peioris conditionis, quàm Profeſſi, verùm hoc dicere eſt abſurdum, cum omnes Doctores aſſerant Nouitijs gaudere fauorabilibus Regularium, non autem includi in pœnalibus, ergo, &c.

6. Ad illud verò quod aſſerit Peregrinus, de cretum in dictis verbis præſcribere formam circa adminiſtrationem ſacram. Pœnitentiæ Nouitijs: ergo forma non ſeruat àctus eſt nullus, quia deſicit ſubſtantia: Reſpondeo negando dicta verba importare formam neceſſariam, important igitur formam, vt magis viliiter, conuenienter & decenter adminiſtretur Nouitijs ſacramentum Pœnitentiæ, non vt valide, ita vt ſi ipſi conſiteantur cum alio præter Magiſtrum, Sacramentum ſit nullum. Et quidem quomodo veriſimiliter credi poteſt Pontifex tam doctus vt fuit Clemens VIII. ſciens communem opinionem Doctorem docere Nouitijs potuiſſe confiteri cum quocumque Confeſſario, ſi contrarium voluiſſet determinare, quod probabiliter non eſt credendum; illud tamen determinariſſet tam obſcurè, & ſub tantis verborum inuolucris; vt inter tot viros doctos & pios, qui poſt dictum decretum ſcripterunt, ſolus P. Peregrinus hoc præceptum venatuſt.

7. Vnde ex ſupradictis inferitur poſſe Confeſſarios deſignatos à Superiore domus excipere confeſſiones Clericorum profeſſorum manentium ſub Maſtris, vt ego docui 3. part. tract. 2. reſol. 5. quia iuxta dictum decretum, vt probatum eſt, non eſt præceptum, & loquitur tantùm de Nouitijs; ſed cum dicti Clerici ſint iam Profeſſi, ideo quoad eorum confeſſiones ſtandum eſt noſtris conſtitutionibus part. 1. cap. 6. num. 7. & alteri decreto Clement. VIII. die 26. Maij 1593. per quod omnes Profeſſos, vt aſſerit etiam dicta noſtra conſtitutio, apparet poſſe confiteri cum Confeſſariis deſignatis à Superiore domus, ergo, &c.

8. Ex his patet reſponſio ad argumentum quod nouiter adducit Peregrinus, nempe Prælatos non tribuere iuriſdictionem Confeſſariis domus ad excipiendas confeſſiones dictorum Clericorum, nam contrarium apparet ex dicta conſtitutione & decreto, in quibus cum omnes Profeſſi, non excluſis dictis Clericis, vt patet ex contextu literæ, poſſunt confiteri cum dictis domus Confeſſariis; ergo neceſſariò ſequitur dictos Confeſſarios habere iuriſdictionem etiam circa illos.

9. Inſtat adhuc contra me P. Peregrinus, & aſſerit, quòd dicti Clerici diſtinguuntur ab alijs Profeſſis, vt patet per dictum decretum reformationis §. 107. ergo non debent includi in verbis noſtræ conſtitutionis, & in verbis alterius decreti Clem. VIII. anno 1593. Sed reſpondeo hoc decretum noſtram ſententiam magis conſtituere, nam, vt patet ex eius verbis, nihil in illo diſponitur de ſupradictorum Clericorum Confeſſariis; ergo relinquuntur, vt poſſunt ſicut alij Profeſſi cum Confeſſariis domus confiteri, & miror P. Peregrinum verba ſupradicti decreti adducere pro ſua firmanda ſententia, cum potiùs ad noſtram clarè ſtabiliendam conferant.

10. Vnde ex his aſſerit contra illum, Summum Pontificem in decreto reformationis anno 1603. non ſolum non limitare decretum anno 1593. ſed illud magis confirmare; nam ibi loquendo de Nouitijs, licet

conſultiuè dixerit, quòd confiteri debeant cum Magiſtro, tamen loquendo poſtea de dictis Clericis, qui iam Profeſſi erant, nihil aſſerit de eorum confeſſionibus, meminerat enim iam in decreto anno 1593. illis conceſſiſſe, vt plures Confeſſarios haberent neceſſariò deſignandos à Superiore domus pro excipiendis Profeſſorum confeſſionibus; cetera verò argumeta, quæ P. Peregrinus adducit, ex ſupradictis facile reſoluuntur.

RESOL. CVII.

An caſus reſeruationis Superioris Monafterij comprehendat Nouitijs?

Et an Superiores Regulares poſſint reſeruari ſibi caſus non ſolum quoad profeſſos, ſed etiam quoad Nouitijs? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 110.

§. 1. Affirmatiuè reſpondet Layman Theol. mor. lib. 4. tract. 5. cap. 6. num. 4. Corduba in qq. 1. queſt. 3. & nouiſſimè Bartholom. de Vecchis in praxi Nouit. diſp. 2. dub. 26. n. 2.

Contrariam tamen ſententiam tenent communiter Doctores, vt Petrus Fey in addit. ad 3. part. D. Thom. queſt. 8. art. 5. diſp. 6. Villalobos in ſumm. tom. 1. tr. 9. diſſic. 56. num. 6. Miranda in manual. Prælat. tom. 2. 9. 3. art. 16. Portel. in dub. Regul. ver. Nouitij abſolutio, num. 36. Cotiolan. de caſ. reſer. p. 1. ſect. 3. art. 18. Rodriquez tom. 1. queſt. 21. art. 11. Ledefma in ſumm. tom. 1. de ſacram. Pœnit. cap. 13. dub. 14. Azorius tom. 1. lib. 12. cap. 2. queſt. 10. Vega in ſumm. tom. 2. cap. 50. caſ. 6. Bellocchius in praxi Theol. mor. part. 1. queſt. 2. num. 109. Vgolinus de poteſt. Epiſc. part. 2. cap. 35. numer. 7. Naldus in ſumm. ver. Nouitijs, num. 7. Emanuel Sà verò. caſus, num. 8. Graſſius in ſuppen. ad deciſ. lib. 1. cap. 7. num. 69. Homobonus de caſ. reſer. part. 1. cap. 32. Ioan. de la Cruz de ſtat. Relig. lib. 1. c. 6. dub. 10. & alij, quia Nouitij ad Religionis onera non tenentur.

2. His tamen non obſtantibus non reticeam hic adnotare id, quod aduertit Laurentius Peirinus in priuileg. Mirim. tom. 2. conſt. X. Vrban. VIII. §. 61. num. 9. nempe poſſe Superiores Regulares reſeruari ſibi caſus, non ſolum quoad Profeſſos, ſed etiam quoad Nouitijs, & hoc per viam vocis oraculum Pauli V. die 7. Auguſtini 1609. pro Congregatione S. Mariæ Fulien. de quo teſtatur eſt Cardinalis Bandinus, vt apparet in compen. priuileg. dictæ Congregationis, tit. caſuum reſeruationis. §. 4. & hoc eſt valde notandum, quia nouum, & illud non inuenies apud Doctores, ſed Vrbanus VIII. nouiſſimè in Bulla edita tollit omnia viam vocis oracula.

Sup. hoc inf. in tr. 3. R. 53. §. vit. prop. ſinem, a verſ. Item, & hic ſup. in Ref. 105. §. 2. ad mediu, verſ. Et ideo caſus ſed legè eam per totam, & Ref. eius primæ not. & in to. 2. tr. 5. Ref. 84 §. 2. à lin. 4. verſ. Deius de.

\* Sup. hoc lege doctri. nam §§. an. not. præter. riaz.

RESOL. CVIII.

An qui de proximo vult ingredi Religionem, poſſit abſolui per Confeſſarium illius Religionis à caſibus Epiſcopo reſeruatjs? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 46.

§. 1. Hic caſus frequenter poteſt accidere, & ad illum affirmatiuè reſpondet Bartholomæus de Vecchis in praxi Nouit. diſp. 9. dub. 7. num. 5. vbi ſic aſſerit. Integrum eſt præfatis Regularibus abſoluerè eos, qui ingredi volunt Ordinem, à caſibus Epiſcopalibus, quibus fortè eſſent irretiti. Neque obſtat Decretum ſacr. Congreg. iuſſu. Clem. VIII. editum die 9. Ianuarij 1601. & eius declaratio ab eadem Congregatione edita anno 1602. 26. Nouembr. vbi Regularibus inhiſbitur abſoluerè vi priuilegiorum pœnitentis à caſibus locorum Ordinarijs reſeruatjs; quia

Sup hoc in tom. 1. tr. 3. Ref. 26. §. Nota hic, & ſeqq.

tam Decretum, quam declaratio loquuntur de iis Confessariis, qui saecularium confessiones adiunt, & ideo sub iis saecularibus non comprehenduntur illi, qui Claustrum sunt statim ingressuri. Cum eo tempore ego nouitiorum curam haberem, consulo super hoc Anselmum à Monopolo, tunc Ordinis nostri in Curia Romana Procuratorem, qui postea ad dignitatem Cardinalitiam promotus fuit, & de mente eiusdem Clem. VIII. respondit, praefatos nouitios absolui posse a casibus Episcopo reueratis eo modo, quo absolui poterant prius, quam memoratum Decretum emanasset. Ita Vecchius.

## RESOL. CIX.

*An Confessarius, si petat à Superiore Regulari potestatem absoluedi aliquem à reueratis, si neget, possit penitentem illum absolueri, pro illa vice?*

*Et difficultas est circa praedictam dictionem, pro illa vice, an intelligenda sit pro vna vice tantum?*

*Et an, si Confessarius petat à Superiore Regularium licentiam absoluedi à reueratis aliquam personam particularem, possit etiam illum absolueri a peccatis reueratis commissis post licentiam obtentam pro prima vice?*

*Et quid, si talis licentia fuerit obtenta à penitente? Et si Confessarius eam petat pro vna persona, an possit ea uti pro sua persona?*

*Et an Regulares possint sine licentia suorum Praelatorum semel absolui ab omnibus reueratis, & censuris, imò, & dispensari in irregularitatibus excepto homicidio, & mutilatione voluntaria? Ex part. 3. tr. 2. Resol. 126.*

Sup. hoc in Ref. seq. & in tom. 1. tr. 3. Ref. 39 §. 3. prope finem, à vers. Lo. misimo. & seq. & ibi in R. 160. & in tom. 4. tr. 8. R. 43. §. Vn. de.

§. 1. Respondent aliqui probabiliter, quòd Superior requisitus à pio, & docto Confessario, nempe à confessario approbato, & exposito ad confessiones, ad absoluedum suum subditum ab aliquo reuerato, ut ipse absque iusta causa licentiam neget, posse dictum Confessarium ab eo peccato reuerato illum absolueri, quando instat necessitas communicandi, aut celebrandi, & scandalum adest, nisi communitet, vel celebret; & in hoc casu talis Confessarius absoluit ex licentia Prouincialis, Generalis, vel Papae. Caeteras rationes videbis apud Fagundes praep. 3. lib. 3. cap. 9. num. 171. Henriquez lib. 3. capite 13. num. 6. & alios, licet contrariam sententiam teneant Suarez de Relig. tom. 4. lib. 2. cap. 19. num. 30. & alij. Sed quidquid sit de hac opinione, hodie extat decisio Pauli V. quam refert Naldus in summa verb. Religiosus, num. 44. vbi Sanctitas sua deinceps declarauit, ut si huiusmodi Regularium Confessariis casus alicuius reuerati facultatem petentibus dare Superior noluerit, possint nihilominus Confessarij illa vice penitentes Regulares, etiam non obtenta à Superiore facultate, absolueri. At ex illis verbis, huiusmodi Regularium Confessariis, &c. putat Leone vbi infra, num. 40. hoc efficere non posse, nisi Confessarios domus, & Monasterij deputatos à Superiore.

Sup. hoc pro illa vice in Ref. 3 not. praeterit §. penult. & vlt.

\* Quae nunc est in om. tr. 4. R. 55. & in Ref. 36. & 57. & in to. 1. tr. 3. R. 60. ex doctrina §. Accedit.

2. Verum extat difficultas circa praedictam decisionem Pauli V. an illa verba, pro illa vice, intelligenda sint pro vna vice tantum; Alphonfus Leone tract. de offic. & potest. Confess. tom. 2. recollect. 6. n. 178. docet hoc non esse certum, ut patet ex illa quaestione, an possit quis lucrari pluribus vicibus Iubilaeum extraordinarium, concedi solitum cum simili clausula, pro hac vice. nam multi docent (& me ipsum citant in tract. 3. miscellan. resol. \* 49.) posse eum, qui in prima hebdomada lucratus fuit Iubilaeum, etiam lucrari, & absolui in secunda; ergo à fortiori in casu nostro; tum quia quando Pontifex indulget, ut

pro illa vice Regularis possit absolui à reueratis, non ponit dictionem aliquam taxatiuam; sicuti in Bulla Iubilaei, vbi sunt verba illa, pro hac vice, vnde magis videtur restringere dictionem hac, quam illa. Ita Leone vbi supra.

3. Tamen aliqui verba illa Pauli V. tantum pro vna vice intelligenda esse docent, & ideo Tamburinus de iure Abbatum, tom. 2. disp. 13. quaest. 8. num. 3. sic ait. Si Confessarius non habens facultatem pro reueratis, illum ab Abbate pro aliquo casu petet, & Abbas concedere negaret, possit nihilominus Confessarius, pro illa vice tantum penitentem Regularem, etiam facte late non obtenta, absolueri, ut concessit Paulus V. in Decretis Generalibus pro Regularium reformatione editis. Haec Tamburinus.

4. Notandum est etiam hic obiter primo, quòd si Confessarius petat licentiam à Superiore Regularium absoluedi à reueratis aliquam personam particularem, potest etiam illum absolueri a peccatis reueratis, commissis post licentiam obtentam pro prima vice, secus si talis licentia fuerit obtenta à penitente. Ita Barbosa de potest. Episc. p. 2. alleg. 1. n. 9. Leone vbi supra de potest. Confess. tom. 2. recollect. 11. num. 183. qui etiam recollect. 6. num. 131. cum Florono de cal. reuerat. §. 1. n. 1. notat, quòd Confessarius si petat facultatem à Superiore pro vna persona, potest uti pro sua persona.

5. Nota etiam secundo, quòd Regulares semel sine licentia suorum Praelatorum possunt absolui ab omnibus reueratis, & ita obleruat Suarez de Relig. tom. 4. lib. 2. cap. 19. num. 7. ex quodam privilegio Minorum, qui possunt eligere de eadem Obferuancia Confessorem, qui de omnibus peccatis reueratis, & censuris possit illos absolueri; imò, & dispensare in irregularitatibus, excepto homicidio, & mutilatione voluntaria; quòd privilegium cum generale sit, complectitur omnia peccata, etiam in ipsa Religione reuerata; cumque ex parte personae eligenda nullam aliam conditionem requirat, nisi quòd sit eiusdem Ordinis, non videtur amplius restringenda, nec postulanda specialis licentia Praelati. Sed nihilominus probabile est, Confessorem sic eligendum, debere esse ex approbatus, & expositus à Praelato Religiosis ad audiend. confessiones suorum subditorum. Haec omnia Suarez, quae sunt valde notanda.

## RESOL. CX.

*An si Praelatus Regularis neget pio Confessario licentiam absoluedi subditum à Reueratis, possit adiuuare Confessarius illum absolueri?*

*Et si in dicto casu licentiam neget Praelatus, an peccet non solum contra Charitatem, sed etiam contra iustitiam? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 56.*

§. 1. Alibi affirmatiuam sententiam aliquos docent, sed aere adnotari: sed nouissime Fagundes de Praeceptis Decalogi, tom. 1. lib. 1. cap. 45. num. 15. tractans se, quòd asseruerit in lib. 3. de praecipis Ecclesiae, cap. 9. num. 17. affirmatiuam sententiam esse probabilem, proliis negatiuae sententiae adhaeret, asserens affirmatiuam sententiam periculolam & improbabilem esse: sed quomodo id possit dicere nescio, cum Pontifex Paulus V. declarauit, ut si Regularium Confessariis casus alicuius reuerati facultatem petentibus Superior dare noluerit, possint nihilominus Confessarij illa vice penitentes etiam non obtenta facultate à Superiore absolueri. Et ita praeter Coriolanum, Henriquez, & Rodriguez à Fagundes citatos, & alios à me adductos in 3. part. tract. 1. \* resol. 126. tenet etiam hanc sententiam Texeda tom. 2. lib. 3.